



colorchecker CLASSIC



x-rite


mm



Bigi.
Comitis.
Darcii.
Fidentii.
Jouii.
Minturni.
Anagnini.
Carminia

7.


21552




is.
n.
ti.
pi.
li.
na

52

28412





L
CI
RI

30p

Ioannis Darcii

Venusini Canes, recens
in lucem æditi.

3

Item Epistola Deidamiæ ad Achillem cum ali-
quot epigrammatis, eodem Authore.



PARISIIS.

Apud simonem Colina *um*.

1543.

43

Reuerendo in Christo patri ac domino, Domino
Andree Richerio Chalædonensi Episcopo, ac
amplissimo Cardinali à Borbonio à suffragijs,
Ioannes Darcus S.



Um ab hinc arnis fere trib⁹ à laboriosa
illa instituendæ iuuetutis prouincia di-
scæssissem, atq; in ocium tanquã in por-
tum studiorum meorum me contulissim,
ea priuatim cœpi recolare, quæ longo tē-
poris interuallo, propter necessarias professionis oc-
cupationes ne attingere quidem licuerat. Cum igitur
uaria quotidie multiplicium rerum lectio animū
ingenti quadam uoluptate perfunderet, incidi tan-
dem in eum Plinij locum in quo multa, & quidē mi-
randa, de canibus propemodum ad fastidium usque
exaggerat. Quæ res cum mihi non iniucunda fuis-
set, nec indigna uideretur, in qua aliquid stylo indul-
gerem, subita animum meū cepit cupiditas, eius mihi
deligendæ materiæ, in qua tractanda, uires ingenij
(quæ diutino scholæ situ hæcenus torpuerant) intē-
derem. Neque enim antea tantum ocij mihi supere-
rat, ut priuato studio aliquid daretur temporis, præ-
ter paucas admodum horas, & eas quidem succissi-
uas, quas meis prælectionibus nonnunquam suffura-
bar. Quocirca nactus occasionem, mihi desumpsi
argumentum exiguis nostris uiribus perquam acco-
modum, quod neque ingenij tenuitatem iniusto pon-
dere premeret, neque magnitudine terreret, neque
feueritate constringeret: sed quod concinna facilitate

audaciam, breuitate spem, iucunditate læticiam animo afferret. In hoc negotio trimestris, aut aliquanto longioris temporis dispendium facere non piguit. Porro quoniam non in magnam excreuit molem hic libellus, calumniabitur fortassis quispiam rem per se uberem multò fusius tractari debuisse. cui breuiter responsum uelim, me tantum ea decerpisse quæ præcipua in hoc negotio, quæque à primæ classis authoribus hac de re tradita sunt. Vt Plinio, ut Varrone, ut Columella, aliisque similibus. Nec enim operæ precium opinor, fuerit, quæcunque aliqua de re dici possunt, è uarijs scriptorum locis, in medium afferre, cum pleraque absurda, multa leuiora, quædam etiam insulsa uideantur. Adieci nonnulla, quæ sola experientia percepta, non minus sunt habitura fidei, quàm quæ ex ueterum monumentis petuntur. Ad calcem annexa sunt & alia quædam poemata, immatura quidem illa, ut quæ mihi adolescenti exciderint, sed quæ tamen urgentibus amicis carptim recognita euulgari passus sum, magis certe ut importunis illorum uotis obsequerer, quàm quod digna iudicaretur quæ emitterentur. Has qualescumque ingenij mei primitiolas, uisum est mihi sub tuo nomine in uulgus ædere Antistes reuerende, nō quòd leui hoc munere tuis in me meritis, quæ sane ingentia sunt, satisfactum uelim, sed ut intelligas quàm effuse cupiã, isti tam prono in me animo aliquando parem reponere gratiam, simul & ut nostri Canes, quos scio non adhuc admodum ualidos, sub tuo patrocinio, à bipedum canum

Ioannis Darcij

latratibus & laniatu tutiores, in lucē exeant. Quōd
si quādo plus ocij nobis fortuna indulserit (quæ mul-
tos iā annos uotis meis pertinacissime repugnauit)
spero fore ut & maiora, & aliquantō cultiora à no-
bis ad te perferantur. Nunc satis est mihi ex ijs si-
gnum aliquod grati in te animi ædidisse, ut solito tuo
fauore & beneuolentia eum prosequaris, qui tui stu-
diosissimus est. Vale.

IAONNIS DARCII VENUSI-
NI CANES.

Væ generosa canum soboles, quis cultus Propositio

q

alendo
sit catulo, unde suos Epirus clara Mo-
lossos,

Audacesq; sibi commendet sparta Lacones,
Diua refer. Tu uenatrix Dictynna ferarum,
Quæ iaculo celeres nemorosa per auia ceruus
Traicere, & timidos gaudes præuerrere damas,
Huc ades, & nostro aspira dea casta labori.
Tu nemorum regina potens, tibi deuia lustra,
Et uastos canibus studium est circumdare saltus.
Namq; tibi in uallesq; cauas, montesq; supinos
Antiquos diuum lucos, syluâsq; sonantes
Imperium est: saliens tecum decurrit Oreas
Montibus, & spolijs & cæde superba recenti:
Ergo ades, & nostris adsis Latonia uotis.
Principio catulus facie spectabilis alta
Hirsutis rigeat spatioso pectore uillis:
Membra toris surgant latos animosa per armos:
Rectâq; se crudo distendant robore crura.
Colla breui tumeant spatio, glomerataq; ceruix
Disiectas ferat auriculas, radientq; coruscum
Raui oculi glauciue, & magno immittis hiatu
Ingentem fundat uasto clamore latratum.
Sic trepidum stabulis furem, tacitasq; luporum
Insidias, illo nunquam custode timebis.
Postquam etenim pingui rediere è gramine sera

Inuocatio

Narratio
quæ canis
domestici
descriptio
nē habet.

Nocte greges, tremulisque uocant balatibus agnos
 Lanigeræ matres, explorat ouilia circum
 Ipse uigil, dominoque timens, uestigat ubique,
 Ne fur uel stabulo repat, uel clausa fatiget
 septa lupus, sensimq; uelit se immittere tecto.
 Nec soli inuigilat pecori generosa propago:
 Namq; alius (comperta loquor) leuisomnus heriles
 Excubat ante fores, abigit que latratibus hostem.
 Vix audita alius domini mandata capeffit
 sedulus, & nutum obseruat, uocemque loquentis.
 Ille sagax leporem scrutari, hic utiles undis
 sollicitat medio reuolantes flumine mergos.
 Ille feras uastis turbare cubilibus, ille
 Fulmineos agitare sues bonus, ille fugaces
 Persequier capreas, celeres his gloria ceruos
 sistere, & immani concurrere cominus usæ:
 Aut grauiæ Eôi prosternere pondera Barhi.
 Hic alius celsa pascentes rupe iuuenos,
 Hircosofque greges comitatur, & ardua præcæps
 saxa per & scopulos montana armenta tuetur,
 Prædones aut dente premens, aut ipse uicissim
 Occumbens, animoq; ruens in uulnera forti.
 Est etiam ex illis gens martia, quæq; feroci
 In medias ausit concurrere fronte cohortes.
 Hæc si terrifico maortia classica cantu
 sanguineum accendant opus, & clangore tremenda
 Pugnaces acuant in tristia funera turmas,
 Inspirëntq; animis rabiem, cæcümque furorem,
 Castra uiris differta petit, custodia fidos

Diuisio,
 quæ diuer
 sa canum
 ingenia
 ostendit.

Canes
 martij.

Certa capit uigiles, alternatq; munia tractat.
 Inde alias aliásq; acies per cornua uersa
 Fronte locant, pugnásq; ineunt, & bella laeſſunt
 Acrius, inſultántq; hoſti, morſúque fatigant.
 Non ſtrepitu horriſono, aut ullo terrore mouentur:
 Nec celeres horrent Medo iaculante ſagittas,
 Piláue, & hæmonio miſſas tyrone ſariſſas,
 Liuentisque globos plumbi, pandásque cateias,
 Aut teretes rapido uibratos turbine contos,
 Hæc marti deuotus amor, diuæq; ſurenti
 Negligit, & plagis gaudens, & ſtrage cruenta.
 Nec quenquam uideas qui terga fugacia uertat,
 Declinetq; iētus duro, gladióſue, ſed omnes
 Aut fundunt hoſtem, aut communi clade feruntur.
 His Colophoniacæ (ſi uera eſt fama) phalanges
 Auxilijs, hoſtem ualido fregere duello:
 Infauſtóque olim æcidiffent Caſpia marte
 Agmina, ni tali deſenſa cohorte fuiſſent.
 Quæ ſunctis patribus (meritis ut digna rependant
 Officia) canibus curant communia buſta,
 Exequiasq; pares, & eaſdem in funere pompas.
 Iſtis rex Garamas, ſolio deiectus auito
 Militibus regnum, ſedésque recepit ademptas.
 Quinetiam Cymbrum iuuere ad bella ferocem,
 Sanguineoque leues tenuere in puluere Carros.
 Hos Mauruſiacus ſibi Maſſiniſſa parauit
 Cuſtodes, hominum fidei diſſiſus, & iſto
 Non ſibi conducto ſua ſcepra ſatellitæ cinxit.
 Talis & antiquis cuſtos nutritus Athenis:

Colopho-
 nij, canes
 in prælijs
 habuere.

Garamãú
 regē &c.
 Cymbrī a
 canib⁹ ad-
 iuti.
 Carri Hel
 uetiorū.
 Maſſiniſſa
 num darū
 rex &c.

Phœbigenæ quoniam modico sacra uesta Epidaurō
sacrilego uigili seruasset ab hoste latratu.

Quid referam quos auratis Minoia templis,
Creta refert positos uigiles? quosq; insula solis

Canis offi-
ciosū ani-
mal.

Carpathij celebrat seruantis littora ponti?
Adde etiam, quod nulla homini mage prodiga grati
Officij quadrupes, dominisq; fidelior ipsis:
Nam mouet ad numeros se se, & quo iusseris ibit
Ocyus, ad nutus iterumq; iterumq; recurrens,
Frigoribus uinci, ac t rabioso nescius astro.

Canis co-
mes est in-
defessus.

Et licet Herculeis fugias à Gadibus usq;
Ad Tanaim, aut Arabas, yutiliq; uolumina Gangis,
Vsq; sequetur ouans, tua nec uestigia quoquam
Deseret, ac lateri semper comes ibit herili.

Cura ca-
nis erga
dominum

Sistis iter? sistit, properas? uelocius Euro
scindit in obliquum campos, cursuq; læcessit
Aërias uolucres, quod si post terga relinquant,
(Nam dominum crebro aspiciens obseruat euntem)

Ille moram cursu pensat, uidén ecce repente
A tergo ut uultuq; hilaris blanditur amico,
Aut uelut explorans prior in deflexa uiarum
Exit, & insidias animo presentit acuto?
Nec minus officij memor est quum pocula sumit
Tota domus, dulciq; madent conuiuia baccho.
Concrepuere fores? uolat explorator, amicum

Humani-
tas canis
erga notū
& amicū.

Si norit, blandè admittit, pedibusq; uolutus
Hæret, & applaudit palpo, supplexq; precatur
Effusi ueniam temerè latratus: ac hostem
Aedibus exturbat, lamiatuq; urget, & ipsi

Limine, uestibulo, corte interdicit herili.
 Quòd si uim faciet grassator, & obuia forte
 Arma ferat, iugulo intentans, in uulnera primus
 Desilit, incurfatq; ferox, fremituque superbo
 Obiectuque sui dominum tegit, & fera tentat
 Prælia, nec fufum exhorret mucrone cruorem.
 Testis erit dulci remeans Volcatius agro,
 sera tenebrosam traherent cum tempora noctem,
 Quique olim thusca defensus in urbe senator
 Nulla nisi primùm cæso cane uulnera cepit.
 Te quoque Pællæo Dari quondam à rege fugatum
 Ingentiq; manu spoliatum solus Hylactor
 Belli inter casus Martisq; pericula nunquam
 Deseruit, sortisq; comes permansit iniquæ.
 Quid quòd in flammis dominorū ignesq; rogorum
 Insiliunt alijs? & cineres comitantur heriles?
 Quid quòd, & ad bustum (tantus post funera bruto
 Durat amor, tristiq; nequit consistere mente)
 In multos mansere dies? gemuloque latratu
 Impia fleuerunt dominorum fata suorum?
 Nulla fames, nullæq; animos flexere ciborum
 Illecebræ, sed enim magis insidet alto
 Corde dolor, dominoq; piget superesse sepulto:
 Quod reliquum est uitæ nocet, in somnesq; ministrat
 Nocte dièq; animo curas, noua uulnera pascit
 Irrequietus amor, tristisq; exasperat iras:
 Exangues donec uigor omnis deserat artus,
 Defessoque super sua fata caduere claudant.
 Adde quòd infixos memori sub pectore uultus

Volcatius
 è suburba
 no &c.
 Cælius se-
 nator &c.
 Dariù Per
 sarù &c.

Mira de ca
 nibus.

Canù me-
 moria.

Conspēctōsque semel, nullo obliuiscitur æuo.
 Iam duodena suo percurrens astra rotatu
 Bis denos radijs Titan lustrauerat annos:
 Ex quo Dulichios fines Laertia regna
 Liquerat, & bello, & fluctu, iactatus vlysses:
 Quum tandem post multa trucidis discrimina ponti
 Contigit optatos portus, placidæque quiete
 Fata dedere uiro, atq; Ithaca tellure potiri:
 Iam neq; Penelopæ, fractoq; etate parenti,
 Non Eumo, non Telemacho, sed cognitus Agro
 Tantum erat, effectis languenti uiribus Agro.
 Non tibi pulchra Tyros tantum tua purpura debet,
 (Quamuis ardenti saturatas murice uestes
 Læta geras) quantum canibus, nec sydonis esset
 Lana re percussis uibrans fulgoribus ignes,
 Ni canis Alcidiæ scopuloso in littore reptans,
 Pumiceo primùm tinxisset labra ueneno.
 Nunc age, quis uillæ melior, gregibusque tuendis.
 Quæ uolucris soboles cursu, nasoue sagaci
 sit potior (nec enim solers dedit omnibus unum
 Natura ingenium) quæ sit ratio optima prolis
 Formandæ, quo Musa mihi dabit ordine dicam.
 Ille igitur cui differtæ custodia uillæ
 Creditur, & uigili tristes in limine dantur
 Excubiæ, durum condiscat ferre laborem
 A teneris, pinguis sero gliscentia pascat
 Corpora, sub gelido recubans sine stramine dio:
 Tum si uuum uillo fallat nigrante colorem
 Noctis, ut excubias obscuro celet amictu.

Agro ca=
 nis vlyf=
 feus,

Canis Her=
 culeus & c
 Alia distri=
 butio ca=
 nū villati=
 corū a ve=
 naticis,

Canis vil=
 laticus.

sed qui sub uigili simas pastore capellas,
 Balantiumque greges sequitur, candore per agros
 Molle pecus referat, mentitæque uellera tergo
 Assimulet, subitoque lupum improuisus hiantem
 Terreat assultu, & trepidis depellat ab hædis.
 Quod si te montes uenabula ferre per altos
 Aetolósque iuuat per saltum tendere casses,
 Ipse tibi audaces spartanæ gentis alumnos,
 (Nam stabulis uillæ melior, gregibusque molossus)
 Elige, robusta quibus à ceruice reiectæ
 Ad terram ueniant aures, hirsutæque denso
 Colle pilo latos fundant cum clunibus armos.
 Adde etiam Albanos, qui quantum uiribus apris
 Occursare ualent, fuluósque æquare leones,
 Et uasto indomitos certamine frangere tauros,
 Aligeras tantum cursu præuerrere damas,
 Sunt & Locrenses catuli, sunt Arcades, atque
 Cypria quos salamis, quos diues Iberia pascit.
 Sunt & odorisæqua celebres indagine, solis
 Naribus insuetos inuestigare recessus,
 Secretósque feræ docti deprendere calles.
 Hos, simul ac foetæ liquere cubilia matris,
 Notæque despiciunt iam faucibus ubera duris,
 Mollibus assuescas epulis, pinguique ferina
 Sæpe audios acuas dentes, ceruicque cruentum
 Ad spoliolum latrare doce, exuuiâque recentes.
 Inde tibi in uacuos educere proderit agros,
 Umbrosas nemorum ualles, & inhospita tesque,
 Ora tamen loro forti clamosa tenebis,

Canis pa-
storius.

Venatici
canes, qui
generosiss-
imi.
Lacones.

Canes Al-
bani,

Locrenses.
Arcades.
Salaman-
tini.
Iberici.
Sagaces.

Canes quo
modo re-
cte institu-
antur.

Ioannis Darcij

Nec nisi firmatos unquam patiere furenti
 setigero, aut sese uenienti opponere ceruo.
 Acris in uetitum tendent, inuitaque habenis
 Colla reluctantum cupient exire ministri.
 Interea si forte graui spiramine raucum
 Increpuit cornu, toto iam pectore prædam

Lacones
 audacissimi
 mi ferarum
 q; auidissimi,
 mi,

Concipiunt, queruloque replent lata arua boatu.
 Inde suos etenim Lacedæmon Achaica laudat,
 Assueti quoniam syluis, capidique ferarum
 Præcipiti seruore ruunt, perq; inuia lustra,
 Conuallesq; cauas, & sentibus horrida duris
 Arua, & uulnificis dumeta rigentia spinis
 Dente rotant prædas, indefessique sequuntur
 Quod semel emissum est, illos non obuius ammis
 Vicinos dirimens sinuoso gurgite colles,
 sistit, nec rapidos lato tenet ebicæ cursus.
 Et licet assiduo frangantur anabela boatu
 Ora, trahantq; ægros afflictis uiribus artus,
 Assequier tamen est animus, concussa fragorem
 sylua dat, alta sonant latè loca, curua resultant
 Littora, miscentur totis fera murmura campis.

Molossi.

Diuersa ueniunt præstantes dote Molossi
~~Discriminibus, non omnibus omnia præstat~~
~~Natura, at uario ludit discrimine morum.~~
 Nam cum sint uolucris non ultima gloria cursus,
 Nec sæpe audaci formident impete fuluos
 Frangere apros, ceruosq; fuga uersare pauentes,
 Vberior tamen est illis, & jortior inde
 Laudis causa uenit, molli quod tempora somno

Molossorum
 cura.

pauca terunt, seu flammigero det limina curru
 Phœbus, seu niueas agitat Latonia bigas,
 somnifero obliquum uoluens iubar axe per orbem.
 sed uigili domino cura, raroq; cadente
 Lumine prospiciunt, & herilia murrure circum
 Claustra fremunt, ne sint nocturno peruia furi,
 Neue lupo, tutaq; greges statione quiescant.
 siua autem uacui spatiosa per æquora campi
 Auritum tepido leporem exturbare cubili,
 Accipitremq; iuuat uolucris prætere apricæ,
 Hic tibi sunt hnmiles uillo breuiore legendi,
 Indidit ipsa suum quibus olim Hispania nomen.
 Hi si forte leuis toto lepus errat in aruo,
 Ponè legent rostro uestigia nota sagaci:
 Et modo transuerso, modo recto iugera sulco
 scrutantur, ualidis iterum sudata iuuentis.
 Nec prius absistent putres percurrere glebas,
 Et studium tremulo caudæ ostentare flabello,
 Quàm uestigati subitè lepus æquoris ampla
 Corripiat spatia, & campo se credat aperto
 Ocyus, insequitur Pterelas, cursuq; citato
 Interualla facit lati decrescere campi.
 Iam propior propiorq; micat, iam captat hianti
 Summa pedum rostro, iam terga fugacia stringit.
 Ille pauet, flexoq; obliquat tramite cursus,
 Et dubia trepidans formidine, iamq; teneri
 se putat, & rursus tangentis ab ore recedit,
 Fataq; momento sibi prorogat, æmula donec
 Rostra leuis mergat miserando in corpore uictor,

Canes;
 quos vul-
 gus
 Hispani-
 cos appel-
 lat.

Canis cur-
 sorius.

Descriptio
Canis cur
forij.

Catuli Me
litæi.

Fulmineus uictor, gemino cui tramite lumbos
spina sub t graciles, & castigata coeræt
Iliæ substrictus uenter, stant crura uolantem
Præteritura Notun, longo internodia ductu
Pes gerit, in cælum tolluntur acumine bino
Auriculæ, flexoq; in læuia tergora gyro
Erectæ redeunt falcata uolumina caudæ.
sunt humiles etiam Melitæa ex gente catelli,
Quos gremio gestare solent Heroïdes, hiq;
Nec cursu celerem sectantur præpete ceruum,
Nec lato pauidum leporem scrutantur in aruo:
Veste sedent fluxa, & pedibus mylesia calcant
serica, sub tyrioq; recumbunt molliter ostro:
Nunc caput exertant gremio, saluuntq; decorum
Nobilis in uultum dominæ, lusuq; fatigant
I abra corallino modicum suffusa rubore,
Vernantesq; genas, & ebur superantia colla,
smaragdôq; graues digitos, & Perside gaza
Nunc tenui latrare sono, pictoq; uidebis
Lasciuire toro, aut nitida iuueniliter aula.

Hoc mihi cœlicolæ tristes lenimine curas,
Tædiaq; humanæ concedite pellere uitæ.
Hac, utinam mea uota tenuis sint improba, nunquã
Diuitias Arabum ingentes, opulentaq; Cræsi
Regna petam, nunquã ut uanos mihi purpura fasces
Ostentet, populi applausu plebisq; fauore
sollicitis precibus superos ambire iuuabit.

At syluæ, gelidiq; specus, caua lustra ferarum,
Rurâque, & arcana labentia flumina ualle

sunt animo, hic reliquam uitæ, atq; extrema sororū
 Penſa mihi rumpi exoptem, ſecurus ab omni
 Inuidia, & miſera procul ambitione, beatus
 ſorte humili, & triſti curarum liber ab æſtu.

Talia condebam Venusino lentus in agro:
 Dum pueri (quorum ratio mihi carior omni
 Laude fuit) reditum ad Muſas, recidiuq; feſſo
 Indulgēt ſtudia, & ferulæ ſceptra improba ceſſant.

FINIS.

Argumentum in Epistolam Deidamiæ ad Achillem.

Vum Thetis mater Achillis ab oraculis au-
disset periturum filiū in expeditione Tro-
iana, si eò cum cæteris Græcis proficisceretur, iam adultum illum inter filias Lycomedis (qui tum in scyro insula imperitabat) furtim occuluit: & ne factum proderetur, eum muliebri habitu indutum in puellam transformauit. Vbi quum aliquādiu delituisse ignotus, unans earum, quibuscum uirgunculæ more uersabatur, puellam Deidamiam nomine regis filiam, clam inter sacra Bacchi corrupit, fecitq; grauidam, ex qua postea Pyrrhum suscepit, qui, quod nō raro solet usu uenire, imitator patriæ uirtutis euasit admodum bellicosus. Græcis demum uehementi desiderio, ubinam esset Achilles, requirentibus, negotium Vlyssi & Diomedidatum est, ut quam maxima possent diligentia absentē perquirent. Audierant enim Græci Troiam expugnari non posse, nisi ipse adesset. Itaq; vlyssis astu cōpertus est in scyro muliebriter indutus, atq; adeo ab eodem persuasus, ut reiectis mollibus, & uiro indecoris uestibus, unā cum cæteris Græcis in bellum iret. Cæterum quum ipsi necesse esset muliebrem cultum eruere & se uirum fateri, uolens interim consultum Deidamiæ, (quæ iam ex se conceperat) Lycomedi rem omnem aperuit. Primū ille grauatē, sed tandem liberali oratione ipsius Achillis, preci-

būsq̄ue vlyſſis uictus, coniugium firmauit, & Achilli
Deidamiam letiſſimo Hymeneo collocauit. ſub hæc
in bellum profectus eſt, data tamen prius fide, fir-
mōque iureiurādo, ſe nullam aliam nec ducturū un-
quam nec amaturum . Quod quum non præſtaret,
quippe qui iam captiuā Bryſeida amauerat, & præ-
tere a de ducenda Polixena, quam unicè deperibat,
cum Priamo & Hecuba egerat, ſic ut etiam ob id à
bello abſtineret, ſtatim ut reſciuit Deidamia, ſcripſit
hanc epistolam, in qua perfidiæ & ingrati-
tudinis eū inſinulat. Tandem amantium more ad humiles pre-
ces deſcendit, rogātque ut acceptorum benefici-
orum, & dulcis conſuetudinis memor, promiſſis ſibi ſtan-
dum putet, & in fide perſiſtat, alioqui ſe uiolatum
pudorem propria manu uindicturam.

*Deidamia Achilli.

Ittit amans sibi quam melius petat ægra
salutem,

M

Scyria Nereio Deidamia uiro.

Achilles
Nereius di
citur ab a-
uo mater-
no Nereo.

Quæ legis ex scyri scopuloso littore mitto,

Vnde tuas Ithacus traxit ad arma rates.

Si mea mireris maculent cur scripta lituræ,

Támque frequens chartam sæpia nigra notet.

Non bene mens sana est, manus errat, lumina fletum

Immiscent, titubans addit arundo notas.

Littera fert lachrymas, sunt fixi corde dolores,

Artus pallor habet, debilitatque meos.

Nulla meæ restant fluxæ uestigia formæ:

Et facies uultus exiit ipsa suos.

Effigiem potius quàm dixeris esse puellam:

Arida sic macies decolor ora tenet.

In Achillè
culpam in
ijcit.

Tu tamen in causa es, causa est Priameia coniunx,

Illa meis pellex inuidiosa bonis.

Sed te culpa premit maior, grauiùsque remordet:

Parsque tui uitio perfide nulla uacat.

Hæc amat ut iuuenis, nec mirum, fœdera rumpis:

Illa petit, pactam frangis inique fidem.

Hoc mihi pollicitus fueras, cum classe superba

Troiugenum peteres barbara regna Phrygum?

Tempus erat rutilo quo se Thaumantis in ortu

Extulerat, roseis inspicienda comis.

Crimiger Eóo iam soluerat æquore currum

Phœbus, & igniferis imperitabat equis.

iam detectus erat tumidæ Nereidos astus:
 Exciderant humeris tegmina fluxa tuis.
 Aeratas pelagus naues, unctasque tenebat,
 Albebant Phthiæ carbasa fluxa rati.
 Insula nautarum uario clamore fremebat
 scyros, & Aegæi littora curua maris:
 Iamque tibi geminas dederat socer optimus alnos
 Mæstus, & hospitibus uerba suprema dabat.
 Tunc ego complexu collo fugientis in hærens
 Miscebam lachrymis tristia dicta meis:
 spes mihi sola uale, bello sis quæso superstes,
 Nec tua Dardania membra tegantur humo.
 sitque tuo semper defixa in pectore coniunx
 Scyria, & huc reducem te leuis aura ferat.
 Nec minus ipse dabas mæstæ tua brachia collo
 Coniugis, & madidis oscula multa gemis.
 Dixisti que Vale mea blanda & sola uoluptas:
 sis memor ipsa mei, non nisi fidus ero.
 Hæc quoque discedens (memini) mandata dedisti:
 Quæ remanent memori pectore fixa meo:
 Viue diu coniunx, dilectaq; pignora serua:
 Pignora, per menses dissimulata nouem.
 Vt tandem erepto lachrymans deserta remansi
 Coniuge, & Aegæi distulit unda rates,
 Mæsta sero rupi flauentes ungue capillos,
 semianimis uidua procubuique domo.
 Turre etiam summa profugum comitabar euntem,
 sumpque oculis Phthij uela sequuta uiri.
 Tu quoque declinans latebrosa ad mœnia uultum
 b.ij.

Thetis fia
lia Nerei.

Profectio
Achillis in
bellum,

Affectus a
matorius.

Simulatas
blanditias
arguit.

Verba A
chillis ad
Deidamia

Deidamia

Achillis
periurium
arguit,

Plorabas uidui dulcia furta loci.
Nunc tibi nulla mei cura est, nam barbara coniunx
Te fidei memorem non sinit esse tue.

Nec memor impubis pueri, matrisque relictae,
Nec patris, hunc quamuis tarda senecta premat.

An non aula latens, non te penetrabilia tangunt
Non te uirginæ blanda cæterua domus?

Non subit ille locus quod te Thetis anxia misit,
Quum peterent rigidos Dorica castra Phryges?

Te noui ficta sub imagine sola latentem:

Nec tamen indicio es cognitus ipse meo.
sed simul ac tenero clausit te cœrula mater
Carcere, continuo sum tibi facta comes.

Proterui-
tas Achil-
lis erga
Deidamiã

Insidias blandè mentitæque uerba struebas,
Mèque premens omni persequere loco.

Nunc oculis repetens iterumq; iterumq; proteruis:
Vrebas uultu saucia corda tuo.

Nunc uiridi sero, pietis nunc flaua corollis
Tempora cingebas, aureolamque comam.

Necnon Chironis monstrabas docta biformis
Carmina, & Hæmonia filia canora lyrae.

Ducebasque rudes digitos, & mille ligabas
Amplexus tenues pectine dante modos.

Ipsa lubens gelidæ cantabam Pelion Ossæ
Iunctum, & præsentis nomina clara uiri.

Tèque rudes trito lanas tenuare docebam
Pollice, & imbelli lentius ire gradu.

Linea succincto reparabam stamina fuso:
Comiter, & Lyda perditâ pensa colo.

Ipsa sonum uocis tenuem, & muliebria uerba
 Monstrabam, & molles ædere uoce modos.
 sed quoties te iamque dolos aperire parantem
 Compressi, tumida continuique manus?
 sollicite pariter comitique mihique timebam:
 Tūque magis nostro nomine charus eras.
 sæpe etiam ueras linquebam stulta sorores,
 Ut possem in molli te retinere sinu:
 Quos ego munificos iam sum aspernata maritos,
 Noster ut occulto fœdere staret amor?
 Te propter Tyrias uestes, Coasque refugii:
 Regnaque, magnorum dona superba ducum.
 sed nihil ista mouent, mouet inconcessa uoluptas:
 Ereptusque noua conscius arte pudor.
 Lucus Echionij frondosus ad orgia Bacchi
 Stat uetus, & prisca religione sacer:
 Hæc resoluta comam, Mænas furibunda solebat
 Euantes circum ducere festa choros.
 Forte pijs aderant Trieterica matribus, omnis
 Attonita Ogygio numine scyros erat.
 Cypria diffusis quatiebant crinibus æra:
 Et teretes thyrsos, fraxineasque trabes.
 Undique gaudebant sacros præstare furores,
 Lanigerum & scisso gutture ferre pecus:
 Lex maribus prohibet redimitas pellibus hastas,
 Et sacrum audaci limen adire pede.
 Quinetiam longe præscripto sine sacerdos
 Thyras, inaccessas excubat ante fores.
 Exploransque aditus ne quis sacra turpis adulter
 b.ii.

Achillispe
tulantia.

Amor De
damia in
Achillem.

Orgia fe-
sta Bacchi

Mænades
mulieres
bacchares
bacch. &c,
Trieterica
dicuntur
Bacchi fe-
sta, tertio,
&c.

Sacra Bac-
chi mari-
bus non
adeunda.

Deidamia

Achilles
 muliebri
 ter idutus
 Bacchi sa-
 cra, &c.
 Descriptio
 noctis me-
 diae,
 Quam ho-
 nestissimis
 verbis coi-
 tum vene-
 reū, &c.
 Apta fini-
 litudo,
 Cautio De-
 idamiae in-
 dissimulā-
 do crimine
 Ruisuspi-
 dia in &c.

Polluat, obtutu stat metuenda fero.
 Tu tamen ingressus muliebri mollis amictu,
 Ridebas astus sic latuisse tuos.
 Quoque minus Bacchis occultus fraude pateres,
 Iactabas rigida robora glauca manu.
 Interea mediū scandeat culmina caeli
 Latois roseo Cynthia uecta iugo.
 Somnus iners totum sternebat muta per orbem
 Corpora, & humenti languida nocte quies.
 Aera tacent paulum sonitu stridentia rauco,
 Conseditque deo deficiente chorus.
 Tunc picea tacitæ grauisus noctis in umbra
 Appositum furtis tempus adesse tuis.
 Virginis innocuo temerator flore potiris,
 Sum quoque polluto facta pudore grauis.
 Excitior clamans, tremulos timor occupat artus,
 Contrenui gelido strata supina thoro.
 Ac ueluti Zephyro uibratur a ista fluenti,
 Aut leuis arbuteas excitat aura comas.
 Sic misera obstupui, casu percussa doloso,
 Et dubius cepit pectora nostra metus.
 Non tamen hæc uolui cæmo narrare parenti,
 Tæque per infandum perdere dura scelus.
 Sed uigili acceptum celauit fraude pudorem,
 Surgentemque uterum crimine dire tuo.
 Donec casta graues partus Lucina resoluit,
 Attulit & plenos mora peracta dies.
 Hic amor est quem nunc tacite periuria ludunt?
 Illa fides quam nunc immemor amnis habet?

Icaris Aeoliden ardet bene fida maritum,
 Mutuus hanc etiam coniugis ardor alit.
 Arsit & Hæmonium nuper Phylaceia coniunx,
 Chara fuit misero non minus illa uiro.
 Quid memorem heroum multas regūque puellas?
 Quas non infida fraude fefellit amor?
 Sola ego quæ infido permansi fida marito
 Ardoris pœnas, præmia, pendo mei.
 Illa dies nocuit, qua primum in littore uidi
 Attonitam nobis credere furtæ Thetim.
 Illa magis, qua me tenebrosa nocte iacentem
 Ausus es amplexu contemnerare tuo.
 Audieram tristes ululare per inuia nymphas,
 Omina polluti foeda pudoris erant.
 Hei mihi quam ueneri pudet indulgisse nefandæ:
 Et lateri tenerum conseruisse latus.
 Exige læsa fides uiolati iusta pudoris
 Supplicia, hoc meruit criminis author onus.
 Nec semel, at dudum Lyrneside captus amica
 Fama refert sociam contaminaſſe fidem.
 Mene latere putas? puerum quis fallat amorem?
 Aut quo pennato non uolat ille pedes?
 Quid Phrygiæ pridem Bryſeidos actus amore
 Diceris in caſtris conſenuiſſe tuis?
 Sed quoties ſæuo deuictos marte Pelafgos,
 Paſſus es hoſtili ſuccubuiſſe manu?
 Quid Danaum proceres? quid fortia pectora belli?
 Quid tuus Hector eo concidit enſe comes?
 Hos belli rabies crudelia uulnera paſſos
 b.iiij.

Icaris dicitur Pe. & c.
 Aeolides dicitur Vliſſes, & c.
 Phylace urbs eſt Theſ. & c.
 Collatio neſceleriſ atrocitate auget.
 Pathos ab origine mali.

Ad fidem apoſtrophat.
 Intelligit Bryſeida quæ Achilles & Chryſeſſo, & c.
 Acriter Achillem increpat.

Inuidioſe mortem Patrocli illi obijcit.

Deidamia

Claudere in externa fata coegit humo.
 Interea turpi nece tebas brachia collo:
 Inque sinu stabat barbara serua tuo.
 Impietate Non puduit Phrygia laceratos cuspide Graios,
 & diuicie Et Danaum stratos sæpe uidere duces.
 animi ar- Non puduit sicco tot pulchra cadauera uultu
 guit. Cernere? & in tepidis ossa cruenta rogis?
 Impreca- O utinam pereat cuius uesana libido
 tio vice vl Perdidit Heroas Græcia mæsta tuos:
 tionis. Aut cadat alitibus prædæ mansura ferisque,
 Aut medio iactet naufraga membra freto.
 Apollo pe sed iam supplicium pro crimine castra dederunt
 ste in Giæ Dorica, iam pœnas peste tulere graues.
 coru exer- Nec dubito quin te rursus pia numina damment:
 citu immi- Infandumque uelint morte piare scelus.
 si, ob ra- Num sat erat ueritum semel abiicisse pudorem,
 præ ab A- vinculaque coniugij dissoluisse tui?
 chille Afri Barbara ni peteres Priameiæ fœdera nymphæ,
 monē &c. sperare & que sero stultus ab hoste fidem?
 Dissuadet scilicet offenso poteris gener esse tyranno,
 illi cōiugi Inque diu hostili uiuere Dardania.
 um Polixe Scilicet ulteriores bellorum fluctibus tras
 næ ab im- Vnica connubio comprimet hora nouo,
 possibili & Hector ubi est Troium quo sospite bella steterunt,
 hoc per iro- Casus & Hæmonio Troilus ense puer.
 niam. Hi quoties animis Priami Paridisque recurrunt,
 A verifi- Hos in te toties bellicus ardor agit.
 mili, Hosti nulla fides, nam quamuis bello quiescant
 Dictu ve- semper in occulto pectore uulnus alit.
 rissimum,

Diues eris fateor, Phrygiôque insignis in auro:
 At saltem quôd sit barbara Troia, negas?
 Dardanidum quamuis ditissima regna ferantur,
 Non tamen hæc illis cædere nostra puto.
 Denique non metuis uolucris mala murmura famæ,
 Nomine ne terras impleat illa tuo?
 Quid de te poterunt Danai? quid Achaica regna?
 Quid Phrygiæ gentes Troiâque magna loqui?
 Quid de te tua castra ferent, Phthiæq; phalanges,
 Thessalicæq; matres, Hæmonicæq; nurus?
 Transfuga diceris, notissima fabula fies,
 Gaudebit probris fama maligna tuis.
 Te propter Nereia domus sua stemmata perdet:
 Clarâque Larissæ nomina pinguis ager,
 Turpe suo generi tenebras offundere claro,
 Et laudi nebulas opposuisse suæ.
 Multa tibi obijciet Priamus succensus ad iram
 Crimina, & Aeneas, Dardaniusque Paris.
 Te quoque non poterit coniux fore credere fidum,
 Exemplo incipiet namque timere meo.
 Hospitibus non ært a fides, sed semper in illis
 Instabili dubius lance uacillat amor.
 Testis & Aegides, testis periurus Iason,
 Quique notam uariæ mobilitatis habent.
 Tu procul eiectus patrijs uelut exul ab oris,
 Vilis eris, nec te qui tueatur erit.
 Quis te si misera lædare iuuabit in urbe?
 Vnde tibi uires, auxiliûmque petes?
 Non erit aut Nereus, ad quem post tanta recurras!

Rem a fa-
ma impro-
bat.

Larissa A-
chillis pa-
tria.

Argumen-
tum valdè
diffimum.

Exemplis
rem suam
cōprobat.

Aegides di-
citur The-
seus a pa-
tre Aegeo.

Deidamia

- Peleus Achillis pater.
 Non omnes diuinae, sed qui dā placantur ne nocent.
 Amantium inconstantia.
 Humiliter ad preces descendit.
 Ab honesto.
- Crimina, non, Peleus, non Thetis alma parens:
 Adde quod offensus fiet tibi quisque deorum,
 Quique iuuat, dextro numine laeuis erit.
 Iam tibi sydereo poenas minitatur ab axe,
 Quae fouet Argiuos Iuno Pelasga suos.
 Iam te cunctitonans supero petet igne, tuosque
 Turpia comburens fulmine castra suo.
 Quid loquor? ah demes potius cadat improba pellex,
 Ardeat & medijs sanguinolenta rogis.
 Vince precor Veneris, falsiq; cupidinis artes,
 Aeoliisque ferat uerba proterua Notus.
 Cernis ut aduerso Graij sub marte laborent,
 Utque premat Danaas saeva procella manus.
 Arma cape Aeacide, signisque potentibus altum
 Ilium, & Phrygias dirue uictor opes.
 Dum potes, & iustum est, socios ulciscere bello,
 Iliacas Graijs ignibus ure domos.*
- A facili. Hector abest, iuuenisque potens a fratre secundus,
 sub quibus inuicto robore Troia stetit.
- A possibili. Et tibi sunt uires, quas nec Thelamonius heros,
 Nec ferat Aetoli bellica parma ducis.
 Vince animos tantum, fato tibi debita uinces
 Pergama, Neptuni pergama structa manu.
- Ab utili. Thessalicis ueniet tecum stipata carinis,
 Et dabitur patrijs Troica gaza deis.
 Proque tuo reditu solennia uota ferentur,
 Caesaque purpuream uictima planget humum.
 Hemonias inter ueniam bene culta maritas,
 Et tanto felix coniuge dicar ego.

Fallor, & incertæ rapiunt mea dicta procellæ,
 sollicitoque mihi spes cadit ic̄ta metu.
 Vnde etenim tantumque boni mihi credula sperem?
 Tamque mihi faciles suspicer esse deos?
 Respice me (sic Nestoreos pater impleat annos,
 Sic eat auspicijs Pyrrhus ad arma tuis)
 Respice me, uetuli que precor miserere parentis,
 Respice desertam, sollicitamque domum.
 si renuis, tristi iam membra paterna sepulchro
 Condis, iamque mihi busta cruenta paras.
 Inuidiosa necis uiolentæ causa fereris:
 Inscriptusque meo marmore uersus erit.
 Perfidus Acacides Phrygios dum captat amores,
 Vsa sua cecidit Deidamia manu.

Amantium
more des-
perat.

Obiectatio

Pyrrhus
qui & Ne-
optolem⁹
achillis' fi-
lius ex De-
idamia.

Deidamiæ
epitaphiũ.

F I N I S.

* *sententia de Libanio exposita relatu
perquam lepidæ fabellæ super vene
re & Rosa: Ex Politiano.*

T Empore quo Phrygij contentio nota dearū
Iudicis auspicijs arbitrioque stetit,
Iunonem angebat grauiter, mœstámque
Mineruam

Cœstus, & Idaliæ tænia pulchra deæ.
Hic decor, atque lepos, fictæq; cupidinis artes,
Hic Charis, hic cœstus plenus amoris erat.
Nec prius arbitrium Tritonia uirgo uolebat,
Iuno nec Idæi sensa subire uiri,
Cingula quàm flauo deponeret aurea crine
Cypria, queis nimium est uisa placere Venus.
Sic contra, an fucos fictoque careis honore?
Dicebat samia, Mopsopiæq; deæ.
Tu gealeam nitidis decoratam uertice gemmis,
Crimibus auratum tu diadema geris.
sed uobis per me fucos gestare decentes,
Auratas liceat sollicitare comas:
Pro cœstu liceat per uos, fucoque dolosō
Luteolas tantum quærere ruris opes.
sic effata Venus Phrygij uicina scamandri,
Obsitæque omnigenis floribus arua petit.
Ver erat, & uario pingebat prata colore,
sudæque Dædaleas terra ferebat opes,
Fundebat uirides multis cum floribus herbas,
Et zephyro ridens fiante tepebat humus.

Undique spirabant gemmis stellantibus auræ,
 Lucebátque recens flore micante solum.
 Hic tum cærulei flores lectura scamandri,
 Vernante in ripa constitit alma Venus.
 Hunc circum uario mulcebant æthera cantu,
 Argutumq; dabant gutture carmen aues.
 Hic Platanus latas iaciebat frondibus umbras,
 Spirabátque udo cedrus odora loco.
 Hic mollis liquidas uelabat amaracus undas,
 Pulláque protendens brachia myrtus erat.
 Quinetiam sese fluuij sub littore opaco
 Herbidus, & fragrans insinuabat ager.
 Hic hyacinthus erat mollis, narcissus odoram
 Efficiebat humum, purpureosque locos.
 Necnon perspicui suberant per gramina fontes,
 Obstreperóque fluens murmure riuus erat.
 Scrupeolo dulces trepidabant tramite lymphæ:
 Gramináque in tenui calle rigabat aqua.
 Hic perlota Venus, pro cœstu quærere cœpit
 Ornatum capiti, florea ferta suo.
 Huic tum nescio quis blandus, miréque suauis
 Aspirare nouo gramine uisus odor.
 Lilia iamque errans, uiolas quoque legerat, illo
 Cum spirare magis cœpit odore locus.
 Subsequitur dulcis uestigia cominus auræ:
 Et circum cupido lumine cuncta notat.
 Pumiceam uidet illa rosam, quam naribus addens
 Comperit illius nectaris esse caput.
 Omne genus uiolas tunc aspernata, repente

Abicit ante suos Cypria leta pedes
Inde rosis tantum flauos ornata capillos
Idæum pergit rursus adire iugum.
Nec flos plus Veneri uisus conferre decoris,
Quàm flori uisa est conciliare Venus.
Atque aded ut non sint pastoris uerba moratæ,
Extemplo uictæ succubere deæ.

*De mense Maio, & Veris tempore
Carmen.

Am tepidi Maius præluens gloria Veris
I Omnia qui uario flore colorat adest,
Arboribus rediere comæ, iam quæque lo-
quacem
Nidum sub querula fronde recondit auis.
Nunc uirides rident horti, nunc multus in agris,
Existit blando flosculus ore micans.
spirat hians syrium Narcissus, habetque saporem,
Dulcis ab Oebalio flore liquefcit odor.
Aetherea redolent gemmis stellantibus auræ,
Rosidulus tepida quos parit hortus humo.
Humida Phœbææ præbent umbracula frondes,
Quas Zephyri clemens molliter aura quatit.
Cypria pandit opes tyrias, rubicunda labella
Explicat, & tenero fragrat odore rosa.
sylua comans tremulos diffundit in aëra ramos,
Vmbriferisque uiret frondibus omne nemus.
Exiguo resonos promunt modulamine cantus,

Nectareum & tenui gutture carmen aues.
 Inuolitans nemorum ramis Philomena comosis
 sua uiloquum gracili promit ab ore melos.
 In uiridi Aonides ludunt Helicone camœnæ,
 Argutâsque ferit cantor Apollo fides.
 Connexæ saltant Charites, teneræq; Napeæ,
 Et facili quatunt deuia rura pede.
 Naiades in uitreis luçantur fontibus, omnis
 saltat in undosâ Nereis uida freto.
 Ingenuo iuuenes colludunt more puellis,
 sedulus hoc breuiter mensè triumphat amor.

*Ver de seipso.


Omnia cum læta & uernantia gramina reddam,
 Litterulis merito nominor ipse tribus.
 Prima caput Veneris, dat Electræ prima secundam,
 Me peragit rigidi littera prima rubi.


Ad fontem cognomine Damascenum.


C
Lare Damasceno fons qui cognomine gaudes,
Cuius habent geminum muscus & herba latus.

Dignus es humetem Platanus cui suggerat umbram,
Dignus cui latice laurus amoena tegat.
Exiguo de te fugiens cum murmure clius
Exit, & in ualles uadæque prata fluit.
splendidiora uitro sub gurgite saxa reident,
Quæ tenui saliens irrigat unda sono.
Nititur obstantes protrudere lymphæ lapillos:
Humidæque angusto gramina calle rigat.
Te circum uarij frutices, & amoena uireta,
Et Paphiæ dulces arbor opacat aquas.
Vere nouo graciles modulans Luscinia cantus,
Te circum argutos promit ab ore sonos.
In uitrea glaucæ collidunt Naiades unda,
Naiades effusis post sua terga comis.
Delicijs breuiter coopertus es, undique blandæ
Te Veneres, Musæ, Pallas, Amorque colunt.

F I N I S.







B
Com
D
Fid
J
m
Pan
Car

2

